

mur. Semper desideris nostris torquemur, quæ semper reviviscunt; atque jugiter illud felicitatis phantasma persequimur, quod effugit indefinenter. Satis esset itaque ambitionis principium, effectus, rationesque scrutari, ut ea pateret illud, qua sua decipit mania. Desumptum ex manuscripti. serm.

Ambitio- nis contra Dei voluntatem se tollere cupit quid mirum si voto frustratur.

Eisdem argumentis continetur.

Ambitio- nis per aqua, & iniqua si- nem suum affert qui det.

quæ esse possunt impedimento: fas sit, an nefas, quid interest? nihil non tentandum est, ut fortuna id arripas, quod nativitas iure affectus non est. Hujusmodi sunt perniciosa mundi consilia, quæ nunc temporis maxime vigent: illa enim quæ hodie summa fide non sequitur? veritati prohibere testimonium, o mundi fautores. Quæ non patitur scelera quotidie ad insatiabilem opum, honorumque finem extinguendam? obest ne candidatus virtute & gratia superior? quid inausum relinquatur, ut illi fruatur infidius? namquid extremi conatus non adhibentur? hunc perdere honori ducitur, atque majorem honorem ille percepturus videtur, qui apertius fecerit. Omnes humanitatis, & urbanitatis leges, civilitatis, & amicitie vincula infringuntur; nimis quippe imbecillia sunt, ut affectus adeo ferventis vim valeant coercere: ipsa etiam religio nihil satis validum opponit, ut ejusdem furorem inhibeat, ad quem leniendum nihil requiritur minus quam æmuli mors, vel saltem æterna dejectio, quæ nullam eidem reditus spem possit relinquere. Idem sermo.

Hæc ambitionis labe nonne de saculo in ipsum etiam sanctuarium migravit? ita est, fideles: cum ipsius religionis ignominia fatendum est. Inter ipsos uque Sacerdotes videntur omnes ambitionis devoti, qui ut ad eas dignitates evehantur, quorum adeo terribile est ministerium, nihil censent præmittendum, in singulas ferme horas oris habitum, ac sermonem immutant; ut principum virorum existimationem ac benevolentiam acquirant, ea omnia agrediuntur quæ ipsis placere possunt, eorum desideria prævertunt, atque voluntati velleantur. Desunt ne, qui ut beneficiorum Ecclesiasticorum distributoribus sicut faciunt, quorum æquitate, & curam in probitate remuneranda cognoscunt, exterius quidem austerissimam virtutem simulent, & pharisaice pietatis devotissimam speciem ostendant? verum frustra id videri conantur, quod minime sunt, sed quod esse debent. Scinditur aliquando hoc velum, turpeque hypocritis eorum fraudes quamprimum deteguntur; omnesque intelligunt, ipsorum quidem odium in illos flagrare, qui expectant beneficia; invidiam vero in eos, qui eadem assequuntur; iram denique in illos, qui eadem distribunt. Verum quod ut plurimum accidit, id accidit, ut quamvis Deus eorum damnet improbitatem, qui turpes detegunt adeo criminose politica ambages; peccator tamen eas detegi ut patiat ambitionis hominum passionem sacrilegium redolentem, atque ut inane eorum prudentiam confundat, qui contra ejusdem consilia evehi conantur. Idem.

Talis fuit olim, o ambitiose Absalon, furor tuus; aures obstruxisti natura vocibus, ut audires vocem affectus tui; omnino distinxis hac in re a Sando Rege, qui vitam debes, cui mors tibi inimicus plurimo lacrymarum, atque ejulationum constant impendio. Velles eundem tunc macrare turpibus, tantum abest, ut illius fudeas incolumitatem, qui paulo post nequiquam tux fudebit enixus. Regnandi cupiditate excaecatus, temet libenter tradidisti impij Achitophel consiliis. Tanta ingratitudeis monstrum vos irritat Christiani auditores; verum murmura vestra suspendite, quamprimum videbitis filium hunc ab omni naturæ sentu remotum iustis ambitionis suæ luere pænas, videbitis quo pacto criminosa ejusdem exfulsissent consilia; vix enim aurem præbuit Achitophel consulenti, cum suscitavit Deus filelem Israelitam, cujus sapiens consilium perdidit illius rationibus præpollens, conatus tanta arte elaboratos dissipabit: Dominus autem natus dissipatum est consilium Achitophel. Idem.

Narratur in Bibliis infelix Israelitici populi conatus contra Benjamin, cui causam præbuerat privata quadam querela, uti iuxta mundi consuetudinem assoler. Post plures illatas, relataque clades, cum hinc inde vicissim anceps penderet victoria, tandem aliquando completi, consummarique triumphi signum exitit sumi columna: Cum cernerent filii Israel in ipso certamine constituti quasi columnam summi de civitate conjungere. Judic. 20. Hoc sane symbolum est trophæorum mundi: mane gloriæ vapor ad instar fumidæ columnæ sese attollens primum quidem concrevit; sed statim conatum nostrorum mobilitas evanescit, atque in imaginariis elationibus nostris fumum tantummodo parit. Recens Auctor & Anonymus.

Quid quaeso nobis videtur homo ille, cui nefas

Ambitio in his etiam invenitur, qui licet iustitiam ambulant dignitatem.

Ambitio Absalonum tradidit.

Symbolum ambitio- nis.

Ambitio- nis

rius hic affectus imperit? homo est, S. Ambrosius respondet, qui omne muneri, quæ sitaque dignitatis pondus se sustinere posse arbitrat; homo, qui pro vario statu, qui adductus est, satis sibi virum putat suppetere, satis luminum, zeli, integritatis, ut præcipua Ecclesiæ sedes occupet, atque ipsa Regum aseat consilia. Nullam recipit unquam mercedem quam sibi debet, nullam gratiam, quam se promerituisse fuisse non putet. Ex ipso quaerit, utrum eo in munere satis digne suo sit perfunditur officio, utrum nihil sibi desit eorum, quæ requiruntur, utrum tantum assiduitatis, mentis, diligentia, constantia, cognitionis suppetat, quantum ad jus omnibus dicendum requiritur, non opprimat innocuum, nocentem vero condemnet; quaerit utrum animo sit adeo forti ut alienas censuras, & murmurationes contemnat, atque extra earum iactam sese continet: reddet statim cum duobus Zebedai filiis; Utique possum. P. Bourdaloue in his sermonibus, qui ejusdem nomine circumferuntur, ea concione, quæ est in hoc argumentum.

Hoc in loco non loquor de crassa quadam ambitionis specie per vim dignitates occupantis, per dolum ad illas obrepentis, per fas & nefas ejusdem comparatis, alios quidem emendicatis commendationibus prævertentis, alios vero calumniis & nequissimis detractionibus evertentis, quæ post adeptos honores non quiescit, quæ alienis sumptibus sese tollit, quæ fortunam suam quocumque modo potest, ipsius etiam virtutis excidio, constituit. Loquor de abditæ, delicatæque ambitionis genere; quæ melius convenit illi, qui sub præclara integritatis specie mundanas spes, & vota fovent ardentia. Non enim deest ars quædam ad honores accedendi sub reculantis specie, sæculi spiritum obtegendi dolosis pietatis integumentis, & externo quadam oris habitu ad sanctitatem composito, ut facilius propositis finis obtineatur, atque hominum approbatio carpatu suadendo illis jam non Deo probari. Flechier in S. Sulpicii Panegyrico.

Unicum Amani exemplum ad veritatem hanc liquido ostendendum fuisse. Aman vir ille, cui præ cæteris fortuna vellefacta est, coram quo Regis iusti tenebantur omnes genium flectere, se putat inseltem, quoniam homo quidam qui in oculis ipsius contemptibilis videbatur, hoc ipsi detrahit officium. Odium, atque ira eo usque animum ejusdem pervaserunt, ut consilium inerat Judæorum omnium, quotquot in Assueri Imperio invenirentur, ubique delendorum, ut in generali populi hujus internectione unus ille involveretur. Cogitatus, si fieri potest, quomodo affectus animum illo contorserint, ac dilaniaverint; cum enim uxore, filiisque suis testatus esset, se humanæ felicitatis apicem attingisse, ingenue fateatur se hæc omnia possidentem, nullo in discrimine eadem habere, neque se felicem existimare posse, donec Mardochæum præ regis foribus sedentem conspexerit: & cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamvis videro Mardochæum Judæum sedentem ante fores regis. Abb. de Monmorel. serm. 4. Domin. post Epiph.

Honores, atque dignitates in se ipsis bonæ sunt, earumque institutio, atque auctoritas, a Deo procedit, Apostolo teste. Si quis autem tantum inel- se virtutis sibi noverit, ut iure illas desideret; tantum moderationis, ut a Deo vocatus tunc solum illas suscipiat: nulla profecto sive sæculari, sive Ecclesiastica dignitas est, de qua illud prædicari nequeat, quod de Episcopatu S. Paulus docet; qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Verum enim vero eo usque evasit humani cordis ambitio, ut quod olim virtutis, modo sit temeritatis obiectum, quod olim a Dei vocatione expectabatur, nunc per ambitionem occupetur: quod nemo ausus fuisset recipere, nisi qui in semetipso tantum virtutis quantum muneri digne obundo satis esset, cognosceret; nunc ut plurimum non nisi illegitimus rationibus affectetur. Hodierne die ut plurimum non Deus, sed iniustitia, superbia, amor proprius, imperandi cupiditas tollit; imo idem ille spiritus nequam, qui JESUM CHRISTUM ad omnes Mundi dignitates provehere voluit, qui super altissimum montium iugo translati omnia Mundi regna ostendit, atque spoondit. Aug. serm. in omnia anni Evang. Domin. 10. post Pentec.

Quomodo Quid non audent ambitiosi, ut ardenti fatifata-

ciant affectui, quo votorum suorum summam assequi desiderant? cum virtute, atque meritis desistantur, eos imitantur, qui trochleis, ergatisque ununter ut ad fastigium ædificiorum ingentia illa, vel quæna, vel marmorea pondera attollant, quæ omnem substitutionem decorem, ac speciem afferunt, & quæ sine illorum instrumentorum adminiculo fortasse neglecta vel in pulvere jacerent, vel in terræ visceribus delitescerent. Nulla sunt artes, quas in usum non vocent; nulla itinera, quæ non suscipiant; nulla consilia quæ intentata relinquunt; adulatio nulla, qua apud principes viros non abutantur; nulla hypocritis, quæ non induantur, ut pro vera inanem quandam, fictamque virtutem ostendant. Extrinsecus humiles sunt, quia intus superbi. Cæli bonis intenti videntur, ut terræ bona rapiant; suoque ingenio inofficiosi, per dolum officiosi sunt, atque opellas suas identidem necentes sensim ex plurimis rivulis ingentem fluvium efficiunt, quo illi, quocumque libuerit, vehuntur. Quantumvis re ipsa luci sint cupidus, bonis suis non parcunt, ubi officia ac mollia verba satis non esse cognoverint; aliorum simplicitatem promissionibus decipiunt, probitentur aliorum muneribus corrumpunt. Idem ibidem.

Vulgatissimus est ambitiosorum hominum mos per alios ergere, atque sollicitare, ut ipsi quieti, atque taciturni modestiam, & humilitatem simulent; sed silentium eorum nihil secus, quam ministrorum suorum verba, ipsorum prodit ambitionem. Hoc immo eo perniciosius est, quo callidius; personam induit, ut melius fallat; tacet, ut opinione bona, quam aliis propriæ virtutis adstruit, persuadeat. Hoc animadvertit Sanctus Bernardus, cum Eugenium Pontificem monuit, ne dignitates conferret illis, qui eas consequi vel per alios, vel per se admitterentur; qui enim per alios petunt, suspicione non carent, qui per se, jam sunt damnati. Idem ibidem.

Ex quo hæc passio dominari cepit alicui, nulla amplius lex est, nulla religio, non metus, non pudor, non reverentia, qua coercetur; omnia sibi licere putat, omnia æqua esse, & iusta, dummodo quo contendit ascendat. Ut regnes, jus omne violandum est, ambitiosus quidam olim agebat; sed dictum illis plurimi ejusdem imitatores, atque discipuli exercent quotidie pedibus obterentes omnia Divina, atque humana jura, ut ex violata iustitia solum sibi subserviant. Idem ibidem.

Elevatio fere semper periculo est proxima. Cætena possunt quidem speciosiores fieri, non leviores; tot habent dominos, quot dignitates suffragatores; tot vincula, quot desideria acquirunt honorem tuendi; tot denique servitutes, quot cupiditates; ab eo quod possident, possidentur, ac nulla alia in re calamitosi hominibus præstant, quam quod amaritudinem scyphi ebibunt pretiosiore. Idem ibidem.

Ambitio affectus est, quo homo sese studet altius evehere, quam debet: est igitur semper iniusta, & insatiabilis partem characteris ejus constituit. Quæ unquam passio magis est nostre quietis inimica? indignabunda, invidia, inferiores contemnit, pares ferre non potest; nulla passio magis est odiosa. Ambitiosus eum semper spectat terminum, quo contendit, parum sollicitus de via, qua graditur; difficilis, iniqua sit, nullo in discrimine habetur, dummodo ad optatum finem adducat. Gressus omnes, qui ascendenti opem ferant, redi videntur. Eius ambitio idololum est, cui officia, amicitia, gratitudo, divinæ, humanæque leges sacrificantur; nullus affectus ferocior est, & a religione remotior. Quibus artibus, utendum non est, ut optatus finis obtineatur? ambitus, mendacia, intercessiones, turpia etiam, ac servilia officia in usum vocantur; nullam non gerit personam ambitiosus, amici, supplicis, adoratoris, raro tamen hominis honesti, Christiani vero rarius. Conscientia nunquam aures præbentur; religio minus adhuc consulitur; in ambitioso corde passio una dominatur. Hinc ea statum confusio, & morum depravatio. Hinc sacra etiam mysteria pollutantur, omnesque fere conditiones dejectæ sunt, atque contemptæ. P. Croiset tom. 2. confid. Christi.

Efficat ambitio, ut mundi honores non amplius Ambitio- tamquam ordine Divina providentia consistunt, sed tamquam affectuum nostrorum objecta, calliditatis fructus, vel dona fortunæ audaciorum viro- rum conatibus patentia spectentur. Quidam præ- hit; & si- cipuos

se ex- tollant ambitiosi.

Ambitio- nis violentia.

Ambitio- nis, ambicio- siolique character.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

ad iracundiam, inexorabilis, plenus superbia, ac simulata pietate, quae homines, Deoque tanta injurie ultores irritat. Idem Homil. in 4. Quadr. Domin.

Videte fratres, Sanctus Augustinus inquit, id, quod ab hominibus elevatio, magnitudo, gloria vocatur, a Regio Propheta Psalm. 93. vel dicam melius, a Deo ipso, qui prima veritas est, fovem & abyssum vocari: donec sodiatur peccatori foras. Quid igitur agit Deus, ubi permittit ambitioso viro quaecumque fluere e sententia, ipsi sumque in vitis suis prosperari? permittit, ut sibi fovem sodiat, ut superbus conatus adimpleat; finit, ut fovem, qua tumulandus est, eruat ingentiorum. Homo deceptus, illusaque sese attollere cogitat, & nihilominus seipsum deicit; putat honores suos, dignitates, humanam magnitudinem provehere; Deus vero testatur hunc eodem tempore ad turpiorem, perniciosioremque lapsum sese disponere. Hoc se ille putat sublimiter ire, & hoc Deus fovem vocat. P. Texter in Dominicali serm. 10. post Pentecost.

Ambitiosus facies in alicuius.

Heu! quid ambitiosus hominibus prodest historiari monumenta praclaris rebus gestis replevisse, si de libro vite nonem illorum delectatur? quid prodest Provinciae vel Regni totius laudes fuisse promeritos, si Deus illos in aeternum contemnat? quae voluptas erit omnium hominum approbationem obtinuisse, si a Deo reprobandur! in vita optimates, principisque fuisse, si in morte Deus illis dicat, nescio vos? Matth. 25. Quae fatalis gloria amplissima in tempore dignitates possedisse, si Deus in aeternitate illos afficiat contumelia; eorumque fronti indelebilem ignominiae characterem inurat, quemadmodum per Jeremiam cap. 25. minatur; dabo vos in opprobrium, & in ignominiam aeternam, quae nunquam oblivione delebitur. O vos superbi, qui reprobatistis, loquimini aliquando, ut audiores mei edoceantur: quid vobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit vobis? Sapient. 5. Quodnam modo solatium vobis est in aeternam a facie Domini projectis, memoria retere illustres eas dignitates, omnemque fallacis gloriae fulgorem, quo nituisistis in terris? inanis aequae, inutilissimae memoria vestrum auget supplicium, cum fateri cogimini vos solidam, aeternamque gloriam a Deo propositam renunciasse, ut fustem, ac perituram gloriae speciem persequeremini: transeunt omnia sicut umbra. Sapient. 5. Idem eodem sermone.

Quot curis torquentur homines avidi gloriae, ut nominis sui consulant immortalitati? sed illorum curae quam inutiles sunt! Cippus, qui eorum offa tegit, contegit quoque nomen eorum cum aditio eorumdem memoria. Nobilitas, atque scientiae injunctis cogitationibus superbiae, atque contemptus ceterorum hominum; alii antecellere se vides & fortunae bonis & mentis cognitione: sed haec auferenda sunt integumenta, ut ut ipsum, qualis severa sis, intuearis. Fateberis quidem humanas scientias non adeo in pretio habendas esse, isdem plus vanitatis quam soliditatis inesse, erroribus esse permixtas, nec valere tantum, quantum valet labor, qui ad illas acquirendas impenditur. Abbas de Bellegarde in libro Sapientialium parabasis.

Ambitiosus alios excites passiones.

Cum hoc possideris affectu, fieri fere non potest, quominus in ea praecipua mala ruas, unde exitus difficilis patet. Invidia, ira, superbia nostras seducunt animas; videre non possumus alios gloriam inquirentes, & ad eam breviori, faciliusque via pervenientes, quin nobis suboriantur invidia; eorum felicitas odium, iramque nostram excitat. Nulle satis valida leges non possunt coercere; affectuum nostrorum vi natura ipsa, officiumque superantur; nihil denique adeo sacrum, & religiosum est, quod non facile violeatur, ubi de illis expetitur usque, qui obicem quemdam injecisse videntur, ne ad optatum in mundo honoris gradum aggrederemur. Haec primae passiones sunt, quae ambitiosorum hominum gloriam quaerentium torquent animum; quam qui attingit, quibus animi agritudinibus obnoxius non est? tunc non ferenda sese prodit superbia; omnia infra nos posita existimamus; amicitiam maxime sinceram, & ardentissima sanguinis vincula obliviscimur; imo tantam cecitatem hic nobis affectus offundit, ut nosmetipsos minime noverimus: non reminiscimur amplius, quod fuimus, neque timemus futurum, ut in pri-

stinum statum aliquando relabamur. In collectione orationum quarundam Parisiensis Academiae oblaturum Anno 1675. serm. 4.

Cum in dignitibus gloria tantum spectetur, atque avertantur oculi ab iis curis, quibus circumseptae sunt non secus, ac ab oneribus, quae illis inhaerent; illas ardentem appetimus, subdole captamus, ad eas dolose obrepimus; in illis vero superbe nos gerimus, imperium ostentamus, neque nisi per vim easdem relinquimus. Quasita dignitas plerumque ad majorem obtinendam gradus est; cumque ambitio sit semper inextinguibilis, nonnumquam supremam etiam dignitatem appetimus. Spem fovet eventus, cumque in aliis conatibus res e voto cesserit, in audacissimo etiam omnia e sententia cessura confidimus. Hoc autem malum ardenti glorie cupiditati, atque injuria honorum distributioni, quae fit potius in eorum gratiam, qui eosdem requirunt, quam qui illos respuunt, acceptum referendum est. De la Volpilliere serm. de gloria.

Ubi desit meritum, ut eo, quo contendimus perveniamus, sapius acceditur altus, ambitus, intercessio, & favor; existimatio, & necessitudo ut plurimum meliorem obtinent partem; dolus & fraus adhibetur; importunus etiam adicitur; qualibet persona clientis, supplicis, emptoris, adorantis, atque gentis: adorans, & petens, ut de matre duorum discipulorum JESU CHRISTI loquitur Evangelium Matth. 20. Neque artem hujusmodi dissimulamur, immo aperte, quid velimus, ostendimus; urgemus, instamus, atque nihil intentatum relinquimus ut votorum summam consequamur; cumque nihil humile vel turpe etiam praetermiserimus, gloriamur etiam, si felicitate nobis cesserit, quasi illud arte officii exercendis, assequuti fuerimus. Aperte dicam, ad honores per infamiam januam ingredimur, atque ut nobis viam ad illos sternamus, hunc pollicitationibus, illum muneribus, alium minis corrumpimus: denique ut tuto perveniamus, vitio quoque, atque improbitate utimur, quibus suffragia comparamus. Haec autem cum sint passim communia, innocua, legitima, atque honesta existimantur. Qua in re quam non solum religionis Christianae, sed etiam moralis probitatis, atque honestatis everto? qui id fecerit, aliquis huius honoris sensus inesse putandus est? P. Bourdaloue in veris sermionibus suis pro Feria quarta post secundam Hebdom. Quadragesimae.

Efficat ambitio, ut nobismet persuadeamus de inani quodam jure, quod mordicus asserere cupimus; quoniam vero Christianam humilitatem non consulimus, jus illud se vestrum, seu sicutum quocumque pretio conamur vindicare, licet charitati vulnus inferatur, & proximi detrimentum afficiantur. Hoc opus est tueri, hoc persequi uenquam, ne minimum quidem cedere, nullam compositionem admittit, nullas conditiones audire. Cur autem? quia hic imperii, ac dominationis spiritus viget, qui saepius id quod mera ambitio est, ac meta auctoritatis zelotypia, virtutem, atque acuitatem esse arbitratur. Idem.

Cum ambitio nos agit, atque immensum illius currimus stadium, heu quoties delinquimus? ulla ne in his ambitiosus conatibus partem habet religio? Evangelium tuae norma est consiliorum, quae capimus, quae inimus, & eorum quae ademus; bona valetudo, vita ipsa nonne in discrimen vocantur? ubi magnam aliquam captas dignitatem, salus semp in magnam periculum adducitur. Quibus ambagibus, dolis, artibus opus est, ut suffragia aucupemur? vis autem, quas capessimus, ut quod cupimus, assequamur, semper ne recte sunt? quot secreta itinera, quot oblique semitae, ac parum tuta? Competitorum multitudine, invidiorum improbitas, cupiditas, utilitas, crebro in periculum vocant bonam fidem, rectitudinem, ideoque & conscientiam, & nisi saluti aeternae desiderium longe praestiterit honorum cupiditati, nihil non contra conscientiam nostram audemus, si cubi occasione affectus illicetur. P. Croiset tom. 2. considerationum.

Insignis ambitio plurimis malis, atque periculis salutem obicit; quanto labore adinendum est, ut ascendas? id nunquam sine difficultate contingit, tunc praesertim cum per inaccessa, atque invia obrependum est. Quot obices superandi? quot iniqua viarum loca sternenda? quot sudores? quot vigilae? inter tot labores autem conscientia nullis unquam

Artes, quibus ad dignitates pervenitur ambitio.

Deus ambitiosorum hominum conatus everit.

Per ambitionem, religio, scientia, in discrimen adducitur.

Ambitiosus pacem cordis non laetatur.

quam stimulis agitur? atamen hoc non adeo metuit. Ubi consilium aliquod ad summum dignitatem apicem evehendi, mentem occupat, hoc omnem absorbet spiritum, omnes jugiter ad arma vocat affectus. Hoc idolum est, cui omnia nunciantur vota: cor desiderii tenetur, mens exercetur industria, nihil metuitur, nisi ne e voto res minime cedat, nec satis bene provifum fuerit ut quod queritur, acquiratur. Idem.

Pauci sua forte contenti nascuntur. Quantumvis elatus sis, semper altius evehi contendis. Nulla in terris conditio est, quam feris ocyus non fastidiamus. Mediocritas displicet, instat abundantia, nobiscum adolefcunt desideria, quo magis illa fovetur, eo magis sunt inextinguibilia. Vita nostra non aliud est, quam insanarum inquietudinum series; & jure affirmare possumus, cor nostrum plerumque inestillatum esse quietis nostrae inimicum. Grea bona tunc nos allicitur, cum absum; ubi illis persumamur, illorum tedium subsequitur. Licet insigne in terris fortunam nacti simus, iis tantum, quae desunt, advertimus animum. Quae misere accidit, nostra irritant desideria, quae vero prospere, eadem accendunt. Nobis ingentia est ambitio, nonnisi cum ipsa vita peritura, ac semper in imo gradu subsistere credimus, cum altius evadere posse speramus. Idem.

Ambitio posthumus est durus, atque austerus. Dicers quidem posthumus hunc amori proprio blandiri; huic tamen non parit sollicitudo; cura, labor assiduum, ipsa etiam mortificatio adhibetur, cum omnia ad propositum finem profutura speramus. Quae humilitas, quae docilitas, quod obsequium ut aucupemur illius gratiam, atque existimationem, quem de nobis benemerere posse confidimus? imperata facimus, in hominum societates ingredimur, nihil abnuimus, interdum, nocturneque laboramus, ut fortuna gradum aliquem obtineamus. Si Ecclesiasticas dignitates perquirimus, eorum animum, ingeniumque scrutamur, qui nos votorum compotes efficere possunt. Austeri sunt? eos imitatur; de severitate dumtaxat, moribusque reformandis verba facimus. Pii sint? oris habitum ad pietatem componimus, eorum etiam defectus adoptamus, in eorum negotia transimus; ex quo ambitiosus sumus, fere semper histiones agimus. Idem.

Quero ex illis ambitiosus hominibus, qui vitam suam traducunt, mente varia evolentes consilia, aureos sibi montes polliciti, chimericae magnitudinis ideas concipientes, facinora facinoribus, fortunae fortunae cumulant, qui dicunt, quod fusti illi, de quibus loquitur Scriptura Genes. 11. Venite, faciamus nobis Civitatem, & Turrim, cuius culmen pertingat ad Caelum: quero inquam ex illis, quid sibi hac effrenata ascendendi cupiditas proficit? dissipat Deus haec illorum consilia, velut fumum, in pulverem redigit ita, ut nihil reliquum sit, nisi pudor, confusio, & desperatio, eo quod adeo inane cogitatum suorum vanitate fuerunt abusi. Quot est, quo loquor temporis momento, oculis obfcurantur, quorum fatum deplorandum est, neque sine dolore recogitandum! Ego, inquit Propheta Psalm. 35. somni eorum testis fui; ego illos vidi in hoc mortis fopore, cum ipsi vitam suam tamquam curriculum fulgentem, atque gloriam referentem intuerentur tanta cum voluptate, quanta si nullo unquam fine, aut limite fuisset circumscribenda. Eos percussisti, Domine, cum id ne cogitarent quidem; quae asserere possumus eorum nomen, atque memoriam interisse; eosque ex illorum numero esse, de quibus Propheta Psalm. 87. loquitur: Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius. Ab. de la Trappe in considerationibus moratibus in Evangelio S. Matthaei.

Vos qui nunc mandati estis, veram cordis pacem delibare nunquam potestis; aeterna sollicitudine & cura agitabimini. Hanc quidem pacem praeter ceteris cupitis; ideo enim caetera cupitis, ut ad eam perveniat. Atamen nunquam pervenistis, neque vobis succedendum est, nisi vobismetipsis, & huic ambitioni, quae dominatur in vobis, & cui quodammodo vosmet mandicatis: huic ambitioni, quae licet Deus tot bonis vos cumulaverit; prohibet tamen ne unquam eo contentis sitis, quod estis; ac semper efficit, ut esse velitis, quod minime estis; huic ambitioni, quae per terrerium ingrati animi vitium erga Providentiam efficit, ut flocci faciat ea omnia, quae

Houdry Bibl. Tom. I.

habetis; illa vero quae minime habetis, tanto ardore queritis, ut indefinenter fatigemini, ac vosmet torqueatis; huic ambitioni, quae in corde vestro tot humiles, turpesque ciet zelotypias; quae alienas felicitates in acerbissima doloris argumenta convertit; quae violentos adeo in vobis furoribus excitat, ubi aliquis consiliis vestris adverteatur; quae internecina odia vobis inspirat, ubi aliquis conatibus vestris oblectetur. Cum huic passioni aliquando abrenunciaveritis; cum sapienti aequae Christiana moderatione eum tenere locum didiceritis, in quo vos Deus ipse constituit, cum intellexeritis, quod non intelligitis, sed velitis, nolitis, erit aliquando intelligendum, fatebimini Deum pro vobis nimis etiam fecisse; tunc pacis thesaurum possidebitis; hoc est, tunc Domino in statu vestro benedicetis, quin alieno invidetis: tunc Deo subditi id unum cogitabitis, ut in statu vestro vosmet sanctificetis, quin persequamini iane phantasma, quod vobis quidem tamquam perfectum bonum exhibetis, sed cuius chimerica spes vos tantummodo torquet: tunc forte vestra contenti, eadem tranquille persequemini, nihilque adeo vobis metuendum erit, quam ne eadem noxie abutimini. P. Bourdaloue serm. 1. de Navitate JESU CHRISTI.

Quis non videt, nihil esse utilitatis, quam id genus calamitates? quid enim tandem illa Regii Prophetae verba significant? Desecisti eos dum alienarentur. Quid rursus illa Prophetae ejusdem? elevari alijisti me. Quid adhuc illa? sicut desecisti sumus, deseciant? Fumus ascendit; hoc notis; sed simul evanescit, dissipatur. Hoc ipsum fumum accidit viris in mundo: videtur quidem altius ascendere; verum eodem temporis momento descendunt: illorum elatio majores lapsus parit, nam quo major eorum est dignitas, eo poena erit gravior, quemadmodum ait Tertullianus: Quanto amplior erit dignitas, tanto major exigetur censura peccatorum. P. de la Rue serm. de status elevatione.

Ambitio centies terrarum facies immutat, & ambitio universale diluvium non aequae terras depopulatum est, ac bellatorum vanitas, & ambitio. Pleraque magnitudinis eorum nota sinefesta sunt: ex everfarum urbium ruderibus alias vides edificatam. Ad impotentia, atque injustitia victoriae illorum initium duxere. Triumphus fere nunquam virtutis eorumdem pretium fuit, qui audacior, fuit plerumque felicitior. Universi terrarum Orbis Alexandri ambitionem timuit; unus homo universis terrae populis vel cladem inulit, vel terrorem. Ob acquirendae gloriae cupiditatem hostium suorum erori innavit: hac passio bonis successibus fovebatur; relata victoriae in nova praetia eundem impellebant; quo felicitior, eo erat insolentior; nisi mors victoriae cursum fregisset, omnem fere naturam genere cogisset. Terrarum Orbis nimis arctus illius ambitioni videbatur: renorum usurpatio ejusdem vanitati videbatur iusta; cupiditas enim, quae illum excecabat, non patiebatur eum cogitare, Provinciarum depopulationem esse latrocinium, atque exercituum cladem esse occisionem. P. Senault in homine criminoso tractat. 4. serm. 4.

Quot laboribus non exercet ambitio eos, quibus dominatur? haec ex ipsa sermo infantia nobiles pueros de quietis sinu revellit, ut eorum corpora laboribus exercent, atque ad armorum disciplinam informet. Ubi adoleverint, eos sexcentis obicit periculis, cogitque, ut ad gloriam sibi comparandam honores sanguinis praetio mercetur. Cum vero haec nos detinet ambitio in toga exercitationibus; numquid minus amaritudinis effundit in animos, qui eidem famulantur? Ut ad bonorum cumulum perveniamus, quem forensium mitorum exercitatio promittit, quot studiis, itaque morosis, molestisque infumenda est adolescentia? quae vis vividioribus inferenda est affectibus, ut moderatus, integer vitae, scelerisque purus videaris? quid cavendum, ut ea tegas flagitia, quae si innotescerent, adeo feriam vivendi rationem polluerent? status omnes ad examen revoca, & fateberis ambitiosus hominis vitam asperam esse &c. Sermon. manuscript. P. Francisca Catrou.

Labores quos efficit ambitio.

SUPPLEMENTUM.

Verum est superbia esse generale peccatum, Frustra quod se se aliis omnibus committet; ideoque ambitiosus alius

BIBLIOTECA CENTRAL J. A. N. L.

Lib. de Do-
ctina. Chri-
stian. l. 3.
c. 23.
Ambitio
hæc est ita
Evangelio
constraria,
ut ideo vi-
deatur Dei
Filius ve-
nisse, ut
illam de-
strueret.
Lut. 14.

mus. Hinc Sanctus Augustinus dixit, nullam in sanctis libris esse paginam, ubi non liqueat, Deum superbis resistere, & nihil ab eo intentatum relinqui, ut deprimat capita ambitione tumens. *Nihil gratiam.* Dicit nihilominus potest Salvatorem nunquam aperiens in ambitionem infurrexisset, quam in Sancti Lucæ Evangelio, ubi data opera parabolam proponit advertebat sublellia. *Dicitur autem ventibus prima appetebat sublellia. Dicitur autem ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent.* Tradit admirabile hoc præceptum novissimum semper sibi eligendi locum; & hanc adfert causam, ne, ait ille, si alius te gravior, & nobilior accesserit, convivii dominus te admonere cogatur, ut, quem obtines locum, illi concedas: *Cum invitatus fueris ad nuptias; recumbe in novissimo loco.* Fufius explicat, adhibito etiam familiaris exemplo, quod nonnisi obiter alibi dixerat; neminem lapsum proporem esse illo, qui per immodicum affurgens desiderium, altius contendere festinat; ac tandem finem imponit hoc effato, quod in ipsius veritatis ore factum est oraculum: eum videlicet, qui sese attollere cupit, ferus operis humilitatis iri, ut nos ab ambitione deterreret per ea ipsa, quæ præ ceteris ambitio reformidant, ne seipsum sub pedibus eorum in-tueantur, super quorum capita sese elevare qua-siverunt: *Qui se exaltat, humiliabitur.* Sed dicere possumus ambitionem alias adeo in cordibus nostris egisse radices, ut quaravis Dei Filius exemplo suo præceptum hoc confirmaverit, nullum vulgatus vitium quam ambitio in hominibus repe-riatur. Sæpe quidem pro animi magnitudine de-sumitur; sed si diligenter res ipsa spectetur, palam innotescit non aliud esse quam rem indignam, ac turpem. *Auctor Sermorum in omnia argumen-ta &c.*

Ambitio
fons est o-
mnium
criminiam.
In se com-
plectitur
superbiam,
injustitiam,
præsum-
ptionem,

Cum ambitio nil aliud sit, quam ardens, atque inordinatum desiderium sese supra ceteros attol-legendi, efficit etiam ut ambitiosus omnem dexte-ritatem, omneque conatus adhibeat, ut ad hono-rem, & dignitates addeat, quæ ut plurimum ex-cedunt illius genus, & meritum, nunquam suæ conditionis fortunæque contentus. Hinc illi, qui affectionis hujus naturam nobis exhibere conati sunt, eam dicunt ex tribus aliis affectionibus cons-tare. In hæc permiscetur superbia; hæc enim est veluti fundus altius; nam ambitiosus amat hono-rem, & querit illum per omnes vias, quas aptas putat ad illius acquisitionem; & propter immen-sum, immoderatamque hoc desiderium, dilectus Discipulus hanc unam esse ait ex concupiscentiis, quæ in mundo regnant, eamque *superbiam vitam* nuncupat. Sed hæc satis non est: hæc ambitio su-perbia addit injustitiam; vult enim ambitiosus quovis pretio intendere, quæ autem via, nihil in-terest, dummodo ad optatum finem perveniat. Denique a præsumptione separari non potest; nam ambitiosus quæ cogitet, utrum satis sibi sit vi-tium ad sustinendum pondus dignitatis, ad quam contendit, suam dumtaxat rationem consulit, quin diu verset quid ferre recuset, quid valeant hu-meri, & utrum obire poterit ea munera, quæ illi inevitabiliter hærent. En quid sit humana ambi-tio, quæ non solum est inordinata cupiditas, ut alia, sed quæ in se una colligit, quidquid abnor-male est in cupiditatibus aliis; & hæc utror hypo-positi, ut intelligat quantum Christianus horrere debeat furentem hanc affectionem per ea, quæ ita-lem nocentem efficiunt, ac maximum obicem statuunt salutis hominis ambitio; videlicet per immodicos conatus, quos nutrit ambitio, & mox per ea media, quibus utitur, ut ad id, quod con-tendit, viam sibi aperiat; ac tandem per utrumque honorem, atque dignitatem, ad quas per dotes, & ambages sese extulit. Quarum rerum prima ambitiosum exhibet tanquam mortalium omnium maxime cæcum, & temerarium; altera velut ma-xime injustum, tertia vero tanquam minime omnium ferendum. *Auctor Sermorum in omnia ar-gumenta &c.*

Ambitio-
sus a Divi-
nitatis Provi-
dentia gan-
dere de-
treclat, &
ideo Deo
par esse
vult.

Cum ambitio nonnisi magnitudinis, & elevatio-nis sensus immitat, ambitiosi consilia nocentia sunt, in eo quod Providentiæ dispositionem odit, pro viribus cupiens sese in alia collocare sede, quam in ea, in qua Deus ipsum constituit; quod malum haberi potest, tanquam reliquorum omnium origo. Ambitiosus enim querens sibi que procu-

rante fortunæ alias, quæ ipsum minime decet, necessario consequitur, malum hoc in omnem vi-tæ illius rationem se effunderet; & hoc ambitiosi facinus haberi debet tanquam gravissimum sce-les, quod ex semet ascendere cupit, quod illum cogitet, Dei unius esse eos statueret, qui præsent, & imperent aliis; Deum esse, qui deponit potentes de sede, & qui exaltat humiles, ut loquitur Scri-ptura; Deum esse, qui quos vult cuicumque vult muneris destinat. *Nec quisquam sibi sumis honorem, ad He.* ut Apostolus ait, sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. Præsumptio hæc nonne illam rebellis An-geli imitatur, qui sese attollere cupiens contra Dei placitum, dicebat: *In Calum confendam; super astra exaltabo solium meum?* Deus autem, qui superbis resistit, suffragabitur consiliis, & conati-bus hujus ambitiosi, qui hoc pacto sese attollere cupit, & qui pacatus esse non potest, nisi id con-sequatur, ut se videat cæteris eminare, licet hoc sibi pluribus sudoribus, vigiliis, penis, & labori-bus statutum sit? Deus sæpe miseri hujus conati-bus obstitit, & advertebat: verum se permitat, ut audeat ille eo, quo contendit, perveniat, seu omnia eorum evertat consilia; hoc unum ascen-dendi desiderium sit nocens, cum sit effectus super-biæ homini ingentis, ex qua initium duxit inter-itus nosse, & quæ maximum salutis nostræ ob-icem statuit. *Idem.*

Nihil est, propter quod mortalis vertigine ma-gis laboret, quam videre se ipsum super alios emi-nere, quemadmodum videmus eum, qui de ver-giblimi ea, quæ ima sunt, intuetur statim ex ver-tigine laborare. Ita caput circumagitur ambitio, qui pervenit ad elationis, quo contendebat, sati-gium; reliquos homines sibi inferiores non se-renda despiciat superbia, quasi in mundo solum essent, ut eidem obsequerentur. Quapropter Regius Pro-pheta illos monet: *Erudimini, qui iudicatis terram: 7 salm. 11.* Audite, & dicitur hoc vos, qui honoribus, ac di-gnitatibus vestris volis elevastis; memento esse se Deum, qui a vobis semper parvuli coram illo, qui vos deprimere noverit, si vestra auctoritate fueritis abisi. Sed cogitatio hæc ambitiosi homi-nis mentem non ingreditur, qui se unum tantum modo respicit, & qui in sublimi hoc statu, ad quem pervenit, omnia unice ad se ipsum refert; quod efficit, ut in magnificis fortunæ de salute unagis trepidandum sit, quam in mediocribus, seu propter frequentiores, & periculosiores occasiones obfistendi Deo, seu tandem propter fallacia placi-ta, quibus mordicus inhaerent, qui rerum felicitate fruuntur. Ut enim aliquis in mediocri fortuna suæ salutis precipiat, satis est, ut conformes con-ditioni suæ sensus induat; hæc magna est ad hu-militatem dispositio, per genus suum in humili-tatis statu versari; cum e contra in sublimi conditione salutem suam aliquis operetur, non so-lum sibi met, veram etiam statui, & conditioni suæ vim debet inferre, ut ibi moderationem, & humilitatem tueatur, sine quibus nemo salutis potest proficere. *Auctor Sermorum in omnia ar-gumenta &c.*

Nescio utrum in tota Christiana morum disci-plina, invenitur placitum adeo constantis, & ve-ritatis, cujus aperiore nobis suppetant argumenta, quam illa quæ olim protulit S. Augustinus, quæ illo ipsum propria edoctus experientia didicerat: inordinatos, videlicet, aff. deus maximum esse il-lius etiam cordis supplicium, a quo concepti fue-runt; & cor ipsum primum omnium illorum ex-periri tyrannidem, antequam in alios exerceret: *Voluisti Domine, & sic est, ut omnis inordinatus animus sibi ipsi pona sit.* Verum si hoc diei potest de affectibus omnibus generatim, hoc aquiri ti-tulo referri potest singillatim ad ambitionem, qui affectuum omnium inquietissimus est, crudelissi-mus, odiosissimus, & minime omnium ferendus, omnem enim vite requiem perturbat ita ut ex-teris cuiusdam sententia necesse non esset, ut ad ambitiosos coercentes supplicia essent instituenta; & sufficeret illis proprie tradere cupiditati, quæ illico alius utitur affectibus ad illos torquendos, eor-umque cor laniantem per invidiam, odium, ul-tionem, indignationem, agriditidnem, desperatio-nem, & per ea omnia, quæ hominem miserum efficere possunt. *Idem.*

Ut constat ambitiosi hominis cor misere tor-queri tumultu omnium furentium cupiditatum, & in-fatis est animum advertere ad immodicos, & in-finitos

Eos qui si-
bi subje-
ti sunt, tam
quam sua
despici-
maucipia.

7 salm. 11.

Si Ambitio-
sus tyran-
nicè domi-
nari aliis, im-
mo le tyran-
num imitari
illius.

Lib. 6.
Conf. 11.

Ambitio-
sus iustis
etiam quæ-
ritur.

iam duce-
re posse
viam in
nova sua
dignitate.

Ambitio
est vera
ferocitas
indignita-
tis ob-
noxia.

in Eoan-
g. Lucæ.

Quibus se-
se submi-
tere de-
bet.

Quædam
ambitio-
nis species
tolerabilis
est, vide-
licet cum
aliquis pa-
ris æquæ
reus, & il-
lius ment
est repu-
blice ju-
vandi.

nitos ambitionis conatus, quæ sæpe nanciscitur op-positum eorum, quæ cupit. Vult ambitiosus ad primos honores, ac prima sublellia fastidit, ne a-liquem habeat, qui sibi imperet, vel irroget le-ges: & ut parvulum exerceat imperium in eos, qui pendunt ab ipso: sed statim apparet, ambitio-nem convertere hoc imperium in crudelem servi-tutem, eo quod ille ab omnibus pendere debet. Hic sibi perluadet, ubi spectabilem hunc gra-dum fuerit consecutus, & in eo statu optime fuerit constitutus, se ab omnibus procellis immu-nem futurum, atque tranquillam vitam ductu-rum. Sed brevi experitur, se obnoxium esse om-nibus fortunæ telis, atque aliorum quidem in-vidiæ, & zelotypiæ, infidiis vero aliorum pate-re. *Idem.*

Jam locuti sumus de servilibus complacendi stu-diis, quæ ambitiosus habere cogitur, ut ad eas perveniat dignitates, ad quas contendit; hinc blan-diri, alii ingentari, hinc libidine, illius imperio-rum assentium patij; eorum gratiam emendica-re, qui nobis præcellunt; comparare eorum suf-fragia, quibus ipsi præcellimus; aliorum amorem captare officiorum molesta assiduitate; cavere, ne aliis incommode, qui nostris desideris moram ne-ctere possent; nobismet vim facere, simulare, dissimulare, patientiam adhibere; his omnibus am-bitiosus sese submittat oportet: *Curvatur obsequio, ut honore docetur; S. Ambrosius ait.* Sed quan-tumvis molesta sit ista servitus, ea nihili facit ambitio, quia multo fortior est illa. Quamobrem Ethnici quoque dixerunt sæpe, & magnas dignitates speciosas dumtaxat servitutes esse, qui-bus nemo se subijcere vellet, nisi mortalium opinio illis gloriosos apponisset titulos, quibus com-mendantur; vel potius si ambitio non esset poterit in eorum animis, quam sit propria libertatis amor. Illud autem verum, & confans est, gra-dum, ad quem ambitiosi sese pervenerunt, tot ab illis exigere officia, ut non deseriant complures, qui onusli pendere catarum suarum (hoc enim nomine illa appellabant) omnes conatus suos ex-ruere, ut illas infringent, & milles privatum, particularemque vitam præterint. Sed cum illis sese esse mera ambitione aliquis immiscet, hono-res, & dignitates istæ sunt servitus mera, quæ crescit, prout accendimus, & elevatur. Etenim ut ibi subsistamus, atque præsidium nanciscamur, opus est contra ipsa honestatis, & conscientie principia, ferre aliorum flagitia, quin adversetur illis, rationem habere diligentissimam eorum, qui nobis negotium facessere possunt; dissimulare ho-minum querimonias, quæ de nostra agendi ratio-nem passim sunt, cum nostris auribus accidunt, & iniquissimis etiam rebus nonnuncquam connivere. Quapropter non immerito vetus ille pingebat am-bitionem in folio quidem sedentem, sed ferreis vinculis gravem; multos satellitibus circumflectam, sed inimicis, qui illi minabantur, imperantem, sed ejulantem, & subdente cervicis iugo; quod ipsa ferre tenebatur. *Auctor Sermorum in omnia argumen-ta &c.*

Si rationes acquirendi gloriam, quæ proprium est, primumque ambitionis obiectum, semper es-sent legitime, & culpa vacuæ; exempli gratia, si genus nostrum nos ad possessionem adducit alicu-jus provincie, vel insignis magistratus, jure hæ-re-ditatis; si perspecta merita nos evocant vel effi-ciunt, ut ipsi eligamur alii imperaturi, quemad-modum non semel accidit, ut alii inviti altissi-mas Ecclesiæ dignitates accipere compellerentur, quas pertinacissime recusabant; alii vero divinitus elevarentur, quin de re hac ne cogitarent quid-tem, & ne gradu quidem moverentur eo perve-turi: si etiam honores isti quærerentur, & pete-rentur, animo illos cum populi utilitate exercen-di, & proximo suo opem ferendi, cum illis inhaerentia munera non excedant captum, & vires eor-um, a quibus ambiuntur; cum finis per se hono-ris sit, & utilis populo; cum hæc & alia vitæ, quibus illi obtineri possunt, fuisse sint, nihil tunc in eorum perquisitione damnatur, ubi non aliud spectetur, quam in aliorum gratiam talenta facul-tatesque nostras impendere. Verum cum admo-dum pauci inveniantur, quorum consilia sint ab om-ni crimine vacua, veris meritis subrogant sol-llicitationes, doli, prehensionales, & iis prærogati-væ, quæ defuncti, & quæ ad id essent necessariæ, amicorum gratia, & auctoritas substituitur. Prin-cipium vitiorum favor sæpe locum meriti obrinet; *Houdy Bibl. Tom. 1.*

& calliditas, ac fraus supplet iis virtutibus, quæ ad amplissima hæc loca pro dignitate replenda re-quiruntur, & quæ desiderantur in nobis; & fre-quenter etiam accidit, argentum quod omnibus supplet, viam esse communem, ac maxime effica-cem ad aditum ad illa inveniendum. Viro huc non desunt opes; ergo honos aliquis comparandus est illi; & qui plus obtulerit, honorem hunc asse-quetur. Hic est titulus, hoc jus, hæc via possessio-nem illius adeundi. Hoc generale vitium est, quod irrepit in mundum, & proculdubio aperitissimum est argumentum generalis corruptionis, quæ hodierna die ibi grassatur. *Auctor Sermorum in om-nia argumenta.*

Furens hic affectus, qui æque ardens, ac inex-plebilis est, nequaquam contentus est communibus mediis ut fines suos assequatur, immo iis utitur, quæ sunt maxime noxia. Etenim quot mortales ad præstantissimas dignitates viam sibi sternunt servilibus assentiationibus, ignavis infidelitatibus, turpissimis proditiionibus, & enormissimis iniquita-tibus? diceret illud esotium maximi, & ambitio-sissimi omnium morum mundi, factum fuisse normam, quam omnes alii sequantur: *Si violan-dum est jus, regnandi causa violandum est;* quod extendi potest ad omnes honorum gradus, omnes-que dignitates, quas ambitio conatur assequi. Om-nia Religionis, conscientie, civis societatis, ipsius etiam honestatis, & sæpe etiam naturæ, & sanguinis jura negliguntur. Quot occurrunt, qui ut filios suos ad Ecclesiasticas dignitates promo-veant, licet impares iidem sint, licet nequam, & improbi, eas emunt per simoniam, quam pali-ant, & melius quam fieri possit abscondunt, om-nes conscientie stimulos aspernati? Quot qui fa-miliarium suarum decora, & omnia primogenitis bona reservantes per summam injuriam reliquos filios, velint, nolint ablegant inter claustra, ut tot veluti victimas suæ licentæ ambitioni? Quot, qui ut uni magnifice consulant, qui mox familie honorem sustineat, reliquos se se injustos præben-ternæque discordie semen in fratribus serunt? Sæpe per immodicum honoris acquirendi deside-rium nonne homines omnibus honoris ipsius legi-bus adversantur, per assentationes indignas, tur-pesque submissiones? Diu reputant, antequam assu-gant, & sub horum pedibus sese demittunt, ut super aliorum caput se attollant. Nullus enim am-bitiosus invenitur, qui, si interrogetur, quid fe-erit, ut ascenderet, non reddat illud ipsum, quod alicui quidam apud Senecam: *Multa qua-piando, & semper gratias agendo;* acendi, inquit ille, repullas, & indignissima quæque perpetuan-do, atque illis agendo gratias, a quibus hoc pre-tio suffragium favoremque mihi comparabam. *Re-cens Auctor.*

Non minimum ambitionis malum est, quod quaeritis honoribus, atque dignitatibus non majori cum moderatione utitur, quam illas ambiat, quan-domodum illis abutitur in omnia vitia, quin utar-itur illdem secundum Dei voluntatem. Neque enim credendum est, cum Providentia aliquem at-tollit, vel permittit, ut attollatur, hoc ideo solum permittit, ut ille ab hominibus habeatur in pre-tio, vel ut illum frui sinat pacate honore, ad quem jampridem appetebat. Deus sua de illo fo-bebat consilia, & hæc dignitates honoresque nonni-si gravibus conditionibus conceduntur; quas si ho-mines serio animadverterent, illas profecto tanto cum ardore non persequerentur. Deus reipsa vo-cat hos, ut regant alios, eisque præbent exem-plum; illos, ut tueantur leges, & efficiant, ut justitia servetur ab omnibus; hos, ut sedem suam teneant, & curent, ut ubique sibi honos adhibeat; illos denique, ut protegant parvulos, eosque a potentiorum opprobriatione tueantur. Hæc officia sunt, & munera hinc dignitatibus inhaerentia, sed pravus usus, qui fit ab illis, qui ambitione agunt, est Deum ab oculis removere, & se ipsos etiam ignorare. *Auctor Sermorum in omnia ar-gumenta &c.*

Quotvisque in mundo vacuus est hac inhi-ritate magnos cupiens status, & ingentia bona, ut eo perveniat, & in illis effulgeat! Quilibet quo-cumque in statu sit, studeat accendere. Quinam eo contentus est loco, in quo natus est? Nemo non invenit conditionem suam desideris suis, sua-que ambitione minore. Gradum ascendisti? jam niteris, ut ad altiores evadas. Jam elatus es? inquietus es, impatiens, si adhuc tibi veretur ob-ocut.

Ambitio
violat om-
nia jura,
divina, &
humana, ut
ad suum fi-
nem per-
teat;

Et turpissi-
mis etiam
non abili-
ent offi-
ciis.

Vix ambi-
tiosus ac-
cedit, sed
cum dig-
nitatem qua-
sitam in
novorum
seclerum
causam
convertit.

Superbia
omnium
serae
moralium
Idolum
est; pauci
sunt ab il-
la immu-
nes.

BIBLIOTECA CENTRAL
U. A. N. L.

oculus generis tui humilitas. Nemo respicit, unde profectus sit, sed tantum quo studet pervenire. Licet ita felix es, vel dicam melius, ita callidus, ut te semper ad altiora promoveas; umquamne es tua fortuna contentus? Ambitio crescit cum annis. Quo magis attolleris, eo majorem tibi viam pervestire vides; currendo frigus contrahes; & celerius ire festinans, identidem laborabis. Jam fastidium tenes: quot sunt, qui vertigine laborant? Lapsus eorum qui praeceperunt, nequaquam sapientiores efficit eos, qui repunt adhuc. Creditus ipsi nos feliciores fore illis, qui minus apti nobis fuisse videntur. In singulos dies novi semper conatus exerunt, ut progrediamur. Hæc fortunæ idea species est phantasmatis, quod imponit, & allicit. Desiderium crescendi quadam est species fascinacionis. Nequicquam eas, quæ accidunt, rerum perturbaciones nobis terrorem, stuporemque injiciunt; hi lapsus nequicquam illecebras auferunt. Semper nobismet blandimur futurum ut ex alienis malis proficiamus; speramus nos cautiore magisque providos fore, & prudentius consilium capturos. Curæ iterantur, vigiliæ, artes, quo magis crescere sentimus fortunæ, & utilitatis desideria. Fortuna similis terrenis exhalationibus, quæ fugiunt a persequentibus, semper illas videt præcipites in aliquem limosum gurgitem ruere. Ita Providentia hos fortune idololatrias & omnes illos, qui auram appetunt, irridet. Sapiens mediocri fortuna contentus est. Sit nobis hæc sancta ambitio evadendi in singulos dies magis æquæ virtute præditus. Salus, sanctitas solum est obiectum corde Christiano dignum. Amare Deum, servire Deo, placere Deo, hæc sola est fortuna, quam procurare debemus; & ille unus est, qui omnia desideria nostra valeat replere. *P. Croiset in Asceticis Exercitiis.*

Ambitiosus putans se ab omnibus procelis tutum, reperit se in fonte omnium turbarum.

Conf. 1. & 6. Cur æquo iudicio

tit, ut hic eo, quo conatur, ascendat; id patitur, ut inde majori cum ignominia descendat. Tunc enim, quemadmodum gloria nonnihil habet dulcedinis post dejectionem; & sicuti homo ex tenebris erutus majori cum gaudio diæ lucem adipiscit; ita spiritus illius, qui gloriæ dulcedine movetur, acrius dolore afficitur ex ignominia, ac pudore, quo post suum lapsum suffunditur, quam nisi antea præcessisset honor. Humanus enim spiritus, qui majori pollet industria, ut sibi metrum crucem figat, quam ut rationes mulcendi suas curas inveniat, videns se de statu dejectum facere nequit quominus presentem statum suum cum præterito comparet, & magis suam sentiat turpitudinem, quam si nunquam in honore fuisset. Hæc de causa Regius Propheta hujusmodi lapsus ambitiosorum memorat tanquam unum ex gravissimis iræ Dei iudiciis, & justitiæ ejusdem supplicii: *A facie iræ, & indignationis tue, quia elevans alijisti me.* Heu video, Domine, quod in ira tua elevasti me; etenim humiliasti, & contrivisti me, simulac justitia tua ambiciosos desideria meis concedere voluit, quod ardentem optaveram. Profecto ita Deus ambitiosi desideria exvertit pro levi ea quiete, quam eo in statu nanciscitur, ubi sperabit se solida securitate, & profunda pace perfruiturum. *Idem.*

Deus oblitus est omnia ambiciosi consilia excipite.

Psalm. 101.

Ambitiosus alios omnes deos spericiens, & deprimens sit obiectum odii omnium.

Ambitiosus namque coactus est loci illius in quo ipsam Providentia constituit.

Consideremus, quæto, quænam sit ambitiosi hominis infamia. Quænam est causa vigilantioris, perennium curarum, nisi ut alios, & seipsum torqueat? Cui bono tot suspiciones, tot timores, tot sollicitudines, spes, metusque, quibus vicissim discerpitur? Cui bono hæc dignitates non satis tute, & adeo incommodæ? adeo difficiles ad acquirendum, & ad retinendum difficiliores, quæ irritant potius desideria, quam impleant? Unius consilii exitus, non aliud est, quam alterius initium; semper recentes clamere, semper nova supplicia illius viscera excruciant. Sed quid timendum non est in hoc honoris vertice, quo tandem per fas, & nefas evasit? Quemadmodum leges omnes floccit fecit, ut ad altissimum fortune fastigium perveniret mortales omnes injuria conquinans; ita per hoc scopus factus est odii communis mundi totius. *Sermo sextus Academiae anni 1675. & Regens Auctor.*

Humilitas nostra non nisi propter superbiam nostram requiritur; hujus enim apissimum remedium est. Altius ascendere volumus, quam debeamus; pati non possumus pares; & quin consulatur æquitas, vel ratio, vel rectus sensus, semper ex ordine nostro emergere admittitur. Putamus semper nos commodius in alia contiguatione habituros. Natura constitutum est, ut inquieti simus in illa, in qua nati sumus, quam aliam superiorem esse novimus. Toto vitæ spatio contendimus, ut nosmet attollamus. Incedimus, obrepimus, omniaque motuum genera tentamus, anhelamus ut illic perveniamus, quo alios pervenisse videmus. Non cogitamus ea loca, quæ elatiora sunt, nequaquam esse tranquilliora; procellas ac tempestates semper in motuum jugis dominari. Si quæ ibi invenitur malicia, hæc fallax est; de superiori loco ima non conspicitur, quin caput vertigine labore. Hinc tam frequentes lapsus, & tam tristes vicissitudines proficiuntur. *P. Croiset in Asceticis Exercitiis Tomo 5.*

Fatendum est tamen argumentum hoc sterile aliquantulum videri; licet enim nullum ferme sit, ubi profani Auctores uberiora, atque utiliora præcepta tradiderint, atque hæc ut ita dicam fuerit ejusdem virtutis jucundissima: hoc tamen in loco de amicitia tanquam Christiana virtute nobis est differendum, de qua Auctores perpauci loquuti sunt. De hac sane liber extat inter Sancti Augustini opera; verum alteri cupiant Auctori censuræ esse referendus; ipse vero Augustinus in iis qui dubio procul ab eodem conscripti fuerunt, libris nonnisi obiter de eadem verba facit. D. Joannes Chryostomus amicitia adhortationem elucubratus est, sed brevissimum, immo eandem ferè cum charitate Christiana confundit; & S. Ambrosius, qui de eadem plura in officis habet, illam ferè tanquam virtutem mere naturalem inductur.

Hoc autem pertransantibus argumentum illud potissimum observandum est, ne ex proximi charitate, quod quidem aliud est argumentum satis amplum & affluens, mutemur nisi quæ amicitiam ad Christianam virtutis charitatem attollere possunt; nimirum persuasione utilissimam de amicitia insitui posse Concionem, ubi aliquid immisceatur de recta amicorum electione; de musis amicorum officiis citra ulum conscientie detrimentum; de rationibus, quæ ad incundam cum hujusmodi viris necessitudinem nos debent impellere; de iis defectibus, qui in hanc amicitiam possunt obrepere, atque de utilitatibus, quæ ad æternam salutem inde possunt hauriri.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concionum de Christiana Amicitia Synopsis.

Triplex honorum genus, quibus in hac vita frui datur, in Christiana amicitia, æque ac in civili continetur; bonum videlicet, utile, honestum, delectabile. Primo nihil hac utilius, si æternæ salutis ratio habeatur, ad quam res omnes hujus mundi sunt referendæ, & juxta quam omnem eorum utilitatem metiri debemus. Secundo nihil honestatis atque rationis præceptis esse potest conformius, quam sancta amicitia. Tertio nihil suavius, nec voluptas ulla jucundior ea, qua in mutua necessitudine perfruitur amici, ubi circa eum finem versetur, ut mutuo sese ad virtutem excitent atque inflamment. Hæc autem justè Concionis esse potest partitio.

Primo mirum in modum prodest salutis æternæ: cum enim familiaritatem ineamus cum hominibus sanctitate ac virtute præditis, evitamus improborum necessitudinem, qui profecto inter primos & maxime perniciosos, in quos vita nostra allidere consuevit, scopulos recensetur; non satis meri nos possumus a pravorum exemplorum vi, quæ alios quoque in scelus pertrahunt, & satis explorata, atque comperita sunt ea omnia mala, in quæ amicitia cum nefariis hominibus inita nos præcipites agere consuevit. E contra vero quæ nobis nolemet sanctificandi præbet adminicula amicitia, ubi cum hominibus virtute ac pietate florentibus ineatur; boni sermones, bona exempla, increpaciones, si quid malum nobis exciderit, salutaria consilia, quæ subinde amici suggerunt, ut vitam frugi insituiamus, nonne totidem subsidia sunt, ut salutem nostram cum utilitate operemur? Aferi etiam potest citra quilibet dubitationem inter ea, quæ magis patent, nostræ predestinationis indicia, necnon inter insignia beneficia, propter quæ Divine Providentiæ gratias æternas referre debemus, non postremum obtinere locum amici fidelis, ac virtute præfulgentis electionem.

Secundo honestum quoque bonum in sancta amicitia invenitur. Primum hoc statuetur principium. Ethnicis ipsis satis exploratum, qui præclara hæc de re præcepta in Ethicis tradiderunt; nihil scilicet esse honore dignum, nihilque existimationem nostram magis mereri, quam virtutem, quæ vere ac proprie honestum bonum est; quod ipsum æque constat in Christiana morum disciplina, quæ circa supernaturalem virtutem versatur. Sed Christiana amicitia non solum virtus est æque ac amicitia civilis alicui naturali honesteque rationi innixa, verum etiam nobilissima est virtus charitatis proximi partem constituens; & præterea via est ad virtutes alias acquirendas, tuendalque, & ad sese mutuo non sine sanctissima emulatione accendendos; cum enim bona sunt inter amicos communia, certissime inferendum est communes quoque fieri virtutes, bona videlicet reliquorum omnium præstantissima. Hinc fit, ut Christiana amicitia jure quidem nobis magno cedit honori coram hominibus, & longe majori coram Deo; efficitque, ut illa viam nobis sternat ad Dei amorem comparandum, semperque magis quotidie in eo progredendum.

Tertio, quod spectat ad bonum delectabile, quotidiana satis ostendit experientia amicitiam suavissimam, solidissimamque esse hujus vitæ voluptatem. Nemo ignorat quo solatio in tribulationibus afficiamur ab amicis; quo persundamur gaudio, *Houdry Bibl. Tom. I.*

ubi quid boni cesserit, alios nobiscum letantes intuiti. Satis est ea consolere, quæ Sanctus Augustinus testatur, de jucunditate atque lætitia, quæ sibi ab amico Alipio offerebatur, & caelestem profus voluptatem qua in sancta mutuaque necessitudine Sanctissimi viri Basilii, & Gregorius Nazianzenus perfruebantur! Tantum vero abest a religione Christiana, quæ voluptatibus omnibus indidit bellum, hanc improbari, ut immo probetur, atque celebretur; & putet hanc partem esse præmii quo ipsa virtus afficitur, ubi hæc amicitia sit spiritualis; licet terrenas increpet, odesitque amicitias, quæ sensum dumtaxat voluptatis inniunt. Nostra igitur interest attollere amicitias, easque, ubi plerumque mores sint, Christianas, ac sanctas efficere, ut gradus sint ad salutem, æternamque felicitatem comparandam.

Amicitia, quam cum improbis hominibus jungimus, nobis nocentior, atque perniciosior est, quam odium inimicorum insensibiliorum. Hoc est argumentum concionis de prava amicitia: de ea scilicet, quæ male impenditur. Veritatis hujus præbatio desumi potest ex triplici honorum genere, quod fundet inhiatus illi eripere, in quem odium sovet irreconciliabile. Primo. Eum perdere quærit fortune bonis exuens, modo clam litens excitans, modo palam vi aperta, atque per summum nefas, omneque eas rationes, quæ odium potest suggerere. Sed in hujusmodi criminosis amicitia in periculum vocatur innocentia, gratia, virtus, vera utique bona, quorum statim iacturam subimus. Secundo. Hæc amicitia honorem ipsum evertit. Inimicus quidem in id toto pectore incumbit, ut nonini officiat tuo; at inimico non semper aures, fidemque adhibemus; sed impiorum commercium hoc tuo præstat, ut qui cum ipsis ineunt necessitudinem, omnem existimationem amittant; mortalibus quippe persuasum est, amicitiam inter similes facile coire; & licet non statim nequam fueris, tamen non multo post junctum amicitia fœdus te nefarium fore putant; ideoque omnis, qua perfruebaris, interit existimatio. Tertio. Inimicus in inimicum sevirè ulterius non potest, ubi vitæ ejusdem struxerit insidias; sed amicus nequam te ad æternam mortem adducit.

Triplex amicitia genus inter homines reperitur, quorum singula ad Christianæ amicitia dignitatem attolli possunt, atque ut attollantur, entendum est: quod Concionis argumentum, atque partitionem potest insinuare. Prima quidem est naturalis amicitia, quæ inter parentes & filios, atque inter fratres invenitur; eaque sanguinis ejusdem innitur communi. Hæc profecto amicitia iusta est, honesta, atque legitima, non tamen ferè rite instituta; amor enim parentum in filios sepe oppositus est amoris, qui debetur Deo; filii vero non semper ea omnia parentibus præstant, quæ jure tenentur. Ratio autem naturalem hanc amicitiam attollendi, atque sanctificandi hæc est, ut utroque sese propter Deum diligant, atque filii quidem in parentibus Deum diligant, atque filii quidem in Dei timore atque servitute foveant, atque nutriant. Secundum amicitia genus, quod humanum est, ac rationale, officiorum, ingeniorum, professionis, studiorumque similitudini innitur; quæ quidem amicitia licet honesta ac laudibus dignæ esse possint, non tamen semper Christiana sunt, nisi hæc necessitudo ad supernaturalem fi-

A M I C I T I A .

Amicitia Christiana, Amicorum electio, eum viris bonis familiaritas, veri & falsi Amici.

M O N I T U M .

Haud ita pridem de Christiana Amicitia agi de suggestu captum est: veteres Concionatores vel nihil profus de hac dixerunt, vel eandem cum proximi charitate commissuerunt, cuius quidem pars est; licet idem & unum non sint. Ethnici Philoſoppi hoc spectarunt tanquam præcipuum inter discipline sue argumenta, illudque tandem Concionatores adeptarunt veluti ad fidelium vitam instituendam moresque formandos utilissimum. Cum enim inter amicos omnia sint communia, & ultro citroque virtutes, & vitia sibi recipi illi communi-cent; docet experientia, probam, improbanque fidelium vitam ex bona, vel mala amicorum electione quodammodo proficisci: & sanc ex eadem de hominum probitate, vel secus, passim sequitur iudicia.

Fa-

BIBLIOTECA CENTRAL U.S.N.C.